
Collection Des Cartulaires De France ... (Latin Edition)

Guérard Benjamin Edme

Title: Collection Des Cartulaires De France ... (Latin Edition)

Author: Guérard Benjamin Edme

This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.



COLLECTION
DE
DOCUMENTS INÉDITS
SUR L'HISTOIRE DE FRANCE
PUBLIÉS
PAR ORDRE DU GOUVERNEMENT
ET PAR LES SOINS
DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

PREMIÈRE SÉRIE
HISTOIRE POLITIQUE

COLLECTION
DES
CARTULAIRES DE FRANCE

TOME VII

**CARTULAIRE DE L'ÉGLISE NOTRE-DAME
DE PARIS**


PUBLIÉ

PAR M. GUÉRARD

MEMBRE DE L'INSTITUT DE FRANCE

AVEC LA COLLABORATION DE MM. GÉRAUD, MARION ET DELOYE

TOME IV



A PARIS
DE L'IMPRIMERIE DE CRAPELET

M DCCC L

Fr 65.3.24 (7)

B

✓

HARVARD UNIVERSITY
LIBRARY
JUL 17 1978

078+30

ECCLESIAE PARISIENSIS CHARTULARIUM

OBITUARIUM

ECCLESIAE PARISIENSIS

OBITUARIUM

ECCLESIAE PARISIENSIS.

I.

KAL. JANUARI. Eodem die, obiit Richerus, Senonensis archiepiscopus¹. 1 jan. 1097.

II.

IV NON. JANUARI. Eodem die, anniversarium primum domini Petri de Ordeo Monte, pro anima patris sui et omnibus amicis suis deffunctis. 2 jan.
Obiit Guillelmus, archidiaconus Brye.

III.

III NON. JANUARI. Eodem die, obiit magister Barrerii, canonicus Parisiensis et secretarius domini regis. 3 jan.

IV.

Johannes, dux Burgundiæ et comes Flandriæ, largitur capitulo Parisiensi ducentas libras Turonenses perpetui redditus, in recepta regia Meldensi annuatim habendas; e quibus assignantur viginti libræ ad celebrandum anniversarium Johannis Durandi, canonici Parisiensis, qui ecclesiæ Beatæ Mariæ quingenta scuta aurea dono dederat. 24 sept. 1410.

.... Datum in capitulo nostro predicto, die vicesima quarta mensis septembris, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo.

V.

II NON. JANUARI. De domo Sancte Marie, obiit Poncius levita, qui dedit nobis domum in claustro et duoꝝ arpennoꝝ vinearum apud Orliacum. 4 jan.
Ipso die, de domo Sancte Marie, obiit magister Reimundus de Figiaco,

¹ In *Gall. Christ.* (t. XII, col. 41) mors Richeri ad diem 27 decembris 1096 refertur.

subdiaconus et concanonicus noster, cujus anniversarium in ecclesia nostra singulis annis fieri concessimus. Qui dedit nobis vineas suas quas habebat apud Montem Lethericum, in territorio quod vocatur Luisant, que vendite fuerunt pro triginta quinque libris Parisiensibus, et sexaginta libras Turonenses, ad emendos redditus. De qua pecunie summa emimus apud Bonolium, in terra nostra, quatuordecim arpenta et dimidium terre arabilis.

De domo Sancte Marie, obiit Guido de Gastina, canonicus Parisiensis, subdiaconus, et Gaufridus, frater suus, qui dederunt nobis quaterviginti et duas libras Parisiensium, ad opus anniversariorum. De qua pecunia emimus quinque arpenta pratorum, apud Compensum, a Johanne de Compenso, armigero, et domicella Johanna, ejus uxore. Que prata tenebant dicti armiger et ejus uxor a capitulo Parisiensi, in feodo, sita in prateria molendini dicti de Ouacre, contigua, ex una parte, riparie de Compenso, et, ex alia parte, saltibus dictis de Condeto, et, ex alia parte, pascuis de Alneto, et, ex alia parte, aliis tribus arpentis residuis de dictis octo arpentis, et, ex alia parte, orto defuncti Guiardi de Condeto. Capitulum vero, non immemor collati beneficii, voluit et concessit quod omnes proventus dictorum pratorum, qui valent modo circiter octo libras, distribuantur singulis annis.

VI.

Hic debet celebrari missa in honore Beate Marie, quandiu vixerit reverendus pater Gaufridus de Barro, tituli Sancte Susanne presbiter cardinalis et decanus Parisiensis. Post decessum vero ipsius, cessabit celebratio dicte misse, et fiet anniversarium pro remedio anime ejus. Idem vero Gaufridus dedit nobis medietatem cujusdam molendini, quod ex proprio conquestu habebat apud Suciacum, quod molendinum vocatur Toueillum, in censiva capituli Parisiensis.

VII.

5 jan. 1288. NON. JANUARI. De domo Sancte Marie, obiit magister Robertus de Bercencuria, quondam decanus Baiocensis, qui, ob remedium anime sue, dedit ecclesie Parisiensi viginti et septem cum dimidio arpenta terre

arabilis¹, sita in diversis peciis, apud Civilliacum, in censiva capituli Parisiensis, ad censum qui dicitur census quartarum; et voluit quod anniversarium fieret pro anima sua, singulis annis, in ecclesia Parisiensi.

VIII.

VIII ID. JANUARI. De domo Sancte Marie, obierunt Petrus et Fulcolus; et eodem die obiit Rainaldus², Trescassinus episcopus.

¹ 6 jan.
circa 1121.

De domo Sancte Marie, obiit dominus Hugo Paste, hujus venerabilis ecclesie canonicus sacerdos, qui, pro fundatione sui obitus, dedit nobis suam domum de novo constructam, sitam in vico Sancte Marine, ante domum du Gantelet, contiguam ac tenentem, ex una parte, ecclesie Sancti Petri ad Boves.

Item, dictus Paste dedit pueris chori prefate ecclesie Parisiensis suam parvam domum, sitam in dicto vico Sancte Marine, contiguam domui curati dicte Sancte Marine, ad onus dicendi per prefatos pueros chori, quolibet die dominico, post matutinas, supra tumbam ipsius Paste, psalmum *De profundis*, in fine *Requiem eternam* cum versiculis consuetis et orationibus *Inclina*, etc., *Deus qui inter apostolicos sacerdotes*, etc., et *Fidelium*.

IX.

Missa de Sancto Spiritu fundata per magistrum Johannem Hue, sacerdotem, canonicum parisiensem, a quo recepimus quingenta scuta auri.

X.

VII ID. JANUARI. De domo Sancte Marie, obiit Hugo Clemens, decanus noster et sacerdos, per cujus sollicitudinem et prudentiam ecclesia nostra, tam in spiritualibus quam in temporalibus, plurima incrementa recepit. Ad ejus enim consilium et preces, communi assensu capituli, ordinatum est et statutum sollempne illud mandatum quadagesime, in quo, singulis diebus a secunda feria post *Invocavit me* usque ad quintam feriam in cena Domini, solis diebus dominicis exceptis, a ministris altaris, videlicet sacerdote, diacono et subdiacono,

² 7 jan. 1217.

¹ Hujus donationis mentionem invenies in *Gall. Christ.*, t. XI, col. 400.

² Rainaldus II de Monte Letherico.